

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXIX

urn:nbn:de:bsz:31-97032

Panis in cibano, pisa in olla, óva ad ignem, guttula si imbuantur, risum movere choreis poterunt. Fertur vero super ignem in fumum halitusum, sed non dissipatur. Ille enim vase receptus & custoditus, in priorem argenti paulò post reddit speciem, nec quicquam pristini detrahitur ponderis. In planiciem fumum non humectat; inde siccum existimatur. Falso. Natura enim in sphæricam compitimit figuram; & ambiente plumbagine prohibetur adhærescere. *Palm.* *Conſtant.* *de morbis Contag.* l. 3. cap. 4. Perpetua eidem mobilitas. Pars terrena optime excocta, aëris & spiritus in causa. Adeò enim sunt conclusi ut exire non possint: Exire quia conantur, moventur. *Mart.* lib. 4. cap. 6. Vſus ejus varius est. Mauti, cum ardore Solis omnia torrentur, id in lacum effundunt, atque injecto corio super ipsum strati se refrigerant. Immissum in autem, inde in cerebrum, Epilepsiam excitat. Spiritus enim animales dissipat. *Heurn.* de cap. affec. cap. 33. Aqua in quam argenti vivi infusa fuerit portio si ab eo collata bibatur, lumbricos mirifice pellit. Obstetrics ubi gravidae in partu diu laboraverint, ultimo remedio argentum vivum scrupuli exhibent pondere. Avellanæ per foramen immissum & occlusum, sericoque rubeo à collo suspensum à peste præservat. *Quereet.* l. 2. *peſti.* *alex.* cap. 5. Tot illius animadversa experientia, ut necessario præ aliis laudetur. Si verò ventrem appensa tangat, ad curationem colicæ singulariter conferre scribit *Plater.* *de Dol.* cap. 13.

C A P U T XXIX. DE ÆRE & ORICHALCO.

PVrum æs invenitur & in propriis venis & in argentiis. In Cypro genus quoddam est auro non absimile. In frusta minutissima agricolæ serunt, & pluviis humectatum, caloreque viviscatum crescit, ac postquam ad justam maturitatem adoleverit, colliguntur. *Aristot.* οἱ θερμοὶ τῶν ἀνθρώπων. Massulæ effodiuntur varia figura, stitarum, globorum, virgularam.

latum. In officinis in quibus argentum ab ære secernitur, in tubro luteum est, quod Regulare vocant: in rubro fuscum, quod Caldarium. *Agric.* in lib. fossil. Illud mollius etiam dilatatur non funditur tantum: hoc funditur sed duci non potest. Cadmia tintum in aureum abit colorem, & Orichalcum dicitur. Ignis accenditur, liquefit, funditur; sed in magno catino vim ignium non tolerat, nec alternatim cum rebus quaerit aurum & argentum purgant positum, sed planè consumitur. Putrefactionem non metuit; & ne alia metuant facit. Hinc monumentum ære perennius apud Horatium, & Ægyptii videntur ideo tabulas æreas imposuisse cadaveribus. Acutos etiam mucrones æreos olim cadaveribus infixos fuisse, testatur *Pierius in Hieroglyphic.* Tales Venetiis apud Lautedanum imagunculas vidit *Camerarius Hor. subcif. cent. I. cap. 14;* ex conditis sumptos cadaveribus Lautedani affirmavit filius. Opera ex ære recensentur varia. Cen- tum Babylonis portæ celebratae sunt literis, & Æneus amphorarum triginta crater, quo Croesum donauunt Lacedæmonii. Florentiae sacellum Divi Iohannis, quod Baptisterium appellant, tres æreas habet valvas deauratas. Ex eodem Solis apud Rhodios Colossus. Septuaginta ille cubitorum altitudinis fuit. Post quinquagesimum annum terræ motu prostratus, multis etiam jacens miraculo. *Plinius l. 34. cap. 7.* Pauci pollicem ejus amplectebantur. Majores erant digiti, quam plerique statuæ. Vasti specus defractis hiabant membris. Spectabantur intus magnæ molis saxa, quanto pondere stabiliverat constituens. Duodecim annis tradunt effectum trecentis talentis. Inter septem mundi receptus miracula.

C A P U T XXX.

D E PLUMBO.

Triplex plumbum est, candidum, cinereum, nigrum. Prius sui non reperitur coloris: lapilli tamen subalbi ex quibus conficitur. Ex eo corroso facit